

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De solemnitate voti, per quid scilicet solemnizetur? 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

Ad tertium dicendum, quod ille qui facit aliquid sine voto, habet immobilem voluntatem respectu illius operis singularis quod facit, & tunc quando facit. Non autem manet voluntas eius omnino firmata in futurum, sicut videntis qui suam voluntatem obliguit ad aliquid faciendum, & antequam ficeret illud singulare opus, & fortasse ad pluries faciendum.

ARTIC. VII.

Vtrum votum solemnizetur per susceptionem sacri ordinis, & per professionem ad certam regulam?

476 *In f. ar. 9.* **A**d septimum sic proceditur. Videretur, quod vorum 10. Et 4. non solemnizetur per susceptionem sacri ordinis, & per professionem ad certam regulam. Votum 1.. ar. 2. q. enim, ut * dictum est, est promissio Deo facta. Ea vero 3. Et quo. quæ exterius aguntur ad solemnitatem pertinentia, 3. ar. 18. non videntur ordinari ad Deum, sed ad homines. Ergo per accidens se habent ad votum. Non ergo solemnitas talis est propria conditio voti.

In 10. cor. n. 2.1. hu- quis q. **¶** 2 Præterea, Hoc quod pertinet ad conditionem alicuius rei, videretur posse competere omnibus illis in quibus res illa inuenitur. Sed multa possunt sub voto cadere, quæ non pertinent neque ad sacram ordinem; neque pertinent ad aliquam certam regulam: sicut cùm quis vovet peregrinationem, aut aliquid huiusmodi. Ergo solemnitatis quæ fit in susceptione sacri ordinis, vel in professione certæ regule, non pertinet ad conditionem voti.

¶ 3 Præterea, Votum solemne idem videretur esse quod votum publicum. Sed multa alia vota possunt fieri in publico, quam votum quod emittitur in susceptione sacri ordinis, vel professione certæ regule: & huiusmodi etiam vota possunt fieri in occulto. Ergo non solum huiusmodi vota sunt solemnia.

S E D contra est, quod solum huiusmodi vota impediunt matrimonium contrahendum, & dirimuntur, moribus. **Nō cōple- uit, mor- te prænē- bus.** **i**am contractum. Quod est effectus voti solemnis, ut infra * dicetur in tercia huius operis parte.

RESPONDEO dicendum, quod ynicuique rei solem-

lemnitas adhibetur secundum illius rei conditionem, sicut alia est solemnitas nouæ militiæ, scilicet in quodam apparatu equorum, & armorum, & concursu militum; & alia solemnitas nuptiarum, quæ consistit in apparatu sponsi, & sponsæ, & conuentu propinquorū. Votum autem est promissio Deo facta: unde solemnitas voti attenditur secundum aliquid spirituale, quod ad Deum pertineat, id est, secundum aliquam spiritualem benedictionem, vel consecrationem, quæ ex institutione Apostolorum adhibetur in professione certæ regulæ, secundo gradu post facri ordinis susceptionem: vi dicit Dionys. 2. cap. Ecclesiast. hierar. Et huius ratio est, quia solemnitates non consueverunt adhiberi, nisi quando aliquis totaliter mancipatur alicui rei. Non enim solemnitas nuptialis adhibetur, nisi in celebratione matrimonij, quando uterque coniugum sui corporis potestatem alteri tradit. Et similiter voti solemnitas adhibetur, quando aliquis per susceptionem facri ordinis diuino ministerio applicatur. Et in professione certæ regulæ, quando per abrenuntiationem seculi, & propriæ voluntatis aliquis statum perfectionis assumit.

Ad primum ergo dicendum, quod huiusmodi solemnitas pertinet non solum ad homines, sed ad Deum, in quantum habet aliquam spiritualem consecrationem, seu benedictionem, cuius Deus est auctor, et si homo sit minister: secundum illud Num. 6. In vocabulo nomen meum super filios Israel, & ego benedic eis. Et ideo votum solemnne habet fortior em obligacionem apud Dcum, quam votum simplex; & grauius peccat qui illud transgreditur. Quod autem dicitur, quod votum simplex non minus obligat apud Deum, quam solemnne: intelligendum est quantum ad hoc, quod utriusque transgressor peccat mortaliter.

Ad secundum dicendum, quod particularibus actibus non consuevit solemnitas adhiberi, sed assumptioni noui status, ut dictum est. Et ideo cum quis votum aliqua particularia opera, sicut aliquam

A a 2 pe.

372 QVÆST. LXXXVIII. ART. VII.
peregrinationem, vel aliquod speciale ieiunium, tali
voto non congruit solemnitas, sed solum voto quo ali
quis totaliter se subiicit diuino ministerio, seu famu
latui: in quo tamen voto quasi vniuersali multa parti
cularia opera comprehenduntur.

Ad tertium dicendum, quod vota ex hoc quod sunt
in publico, possunt habere quādam solemnitatem huma
nam; non autē solemnitatem spiritualem, & diuinā, scut
habent vota præmissa, etiam si corā paucis fiant. Vnde
aliud est votum esse publicum, & aliud esse solenne.

ARTIC. VIII.

Vtrum illi, qui sunt alterius potestati subiecti, impe
diantur à vouendo?

477

inf 9. 189

a. 5. Et 4.

d. 32. a. 4

& d. 38.

q. 1. a. 1.

q. 3. et 0.

pusc. 87.

s. 12.

A D octauum sic proceditur. Videtur, quod illi qui
sunt alterius potestati subiecti, non impediuntur
à vouendo. Minus enim vinculum superatur a maiori.
Sed obligatio qua quis subiicitur homini, est minus
vinculum, quam votum per quod aliquis obligatus
est Deo. Ergo illi qui sunt aliena potestati subiecti, non
impediuntur à vouendo.

¶ 2 Præterea, Filii sunt in potestate patris. Sed fi
lii possunt profiteri in aliqua religione, etiam sine vo
luntate parentum. Ergo non impeditur aliquis à vo
uendo per hoc, quod est subiectus potestati alterius.

¶ 3 Præterea, Maius est facere, quam promittere.
Sed religiosi qui sunt sub potestate prælatorum, pos
sunt aliqua facere sine licentia suorum prælatorum,
puta dicere aliquos Psalmos, vel facere alias absti
nencias. Ergo videtur quod multo magis possunt hu
iustinodi Deo vouendo promittere.

¶ 4 Præterea, Quicumque facit quod de iure fa
cere non potest, peccat. Sed subditi non peccant vo
uendo: quia hoc numquam inuenitur prohibitum. Er
go videtur, quod de iure possint vouere.

SED contra est, quod Num. 20 mandatur, quod si
mulier in domo patris sui, & adhuc in puellari ait ac
aliquid voverit, non tenetur ea voti, nisi pater eius
conserferit. Et idem dicit de muliere habente virum

Ergo.